

familiarē fuisse: cognoscere mē. Quod mihi minime negle- tum fuit, sed habui rationem  
temporis) quid animi haberet Doctor, si ex illa Batavorum Academia ad Theologia pro-  
fessionem vocaretur: an operam dare vellet tam invidiosis hominibus, tam maleq. audientibus.  
Scio te Doctoris ipsius consilys intimum esse. Tibi carmen mitto, tibiq. hujus cognitionis  
negotium dedo. De meis ad Doctorem Litteris, magnus mihi metus erat, ne non perve-  
nissent ad ipsius manus. Nunc gaudeo hunc metum tuo beneficio mihi ademptum esse.  
Saluta virum eximium meis verbis quam potes officiosissime. De Pedagogo, quem pueris  
suis praeficiat, mihi cura erit. Nicolaum mittam post celebratam nobis Dominicam, ~~et~~  
Coenam: id erit per Dei gratiam die Jovis proximo: qui dies jam olim ab hujus Scholae  
Rectoribus exercenda ad pietatem Juventuti destinatus fuit. De quibus praeterea pueris  
ad me scripsisti, veniant bonis auspicijs antequam ad suas Lectiones aggrediamur.  
Cū enim maturius eos extrudes: cō rectius meliusq. eorum ipsorum studijs consulēs.  
Ut quum nunc domi aliquid otij habeam, si qua parum firma eis jacta sint Grammatica  
fundamenta, ea corroborem ipse & confirmem. Lakemanno nostro sui hortator, ut La-  
tine ad patrum suum eos gravissimum scriberet. Id fiet (opinor) quando is tunc ibit  
tuus Nicolaus. Nuntius intervenit scribenti, & me urgent Scholastica examina: ut  
prolixius nunc ad te non possim. Vale. & tuam conjugem dilectam & D. Cos. faco:  
Calend. Aprilis 1577. Custos puerorum

Johannes Holanus  
Brema.

Pax CHRISTI.

[= Auct. A. 12 = No. 272]

No. 279)

Recreatus sum nuper misericordie tua dulcissima consuetudine venerande vir, & frater dilecte in  
Domino. Est in te amabilis quidam spiritus Libertatis, qui meum senilem animum accendit ad  
vehementias amandum. Etsi autem sena est cum senibus amicitia conjugum, qui mortis me-  
ditatione praepedit, neq. colere amicum, neq. officijs certare possunt: obsecro te tamen erudite vir, ut qua  
me superioribus annis benevolentia complexus es: eadem ad extremum usque tempus aetatis mea  
me languescentem prosequare. Habeo quidem isthic mei studiosos excellentes viros, quos olim in  
mea palaestra litterulis humanioribus expositos, obtrunxi quodammodo ad me diluendum: Dulcis  
enim est accurate institutis, recordatio praeteritorum beneficiorum, tamen quum eos viderem florere  
isthic opibus & dignitate, modestior est meus pusillus animus, ne dicam abscedior, quam ut ausim  
eos meis litteris provocare, ad colendam mecum amicitia societatem. Scio Doctorem Adrianum  
Vander Alst. & D. Nicolaum Brunnia, ut est uterque humanissimus, hujus antiqui moris, quo  
charos habemus pueritiae nostra formatores, obvisi non posse: sed diserti sunt curis gravioribus, quam  
ut debeant nostris ineptis chartis praerimum redolentibus. Equidem colam utrumque, & amabo constantiter  
dum vivam: sed eorum potentiam reveritus, intra meam me pelliculam continebo. Fuitne tibi & Es-  
chio nostro felix tam longum iter. Valuisit ne ambo. Et tum in Academia, tum in uandinis cum  
doctissimis, amicissimiq. hominibus congressi es. Quid vobis videtur? Habetne Lugdunum Ca-  
savorum quidquam, quod illis Germania miraculis contra comparetis. Quid Jeremia Doctor, visusne  
tibi est juvenis ad unguem factus, tuaq. Hermanne amicitia dignissimus, quid cooptat nos ter Asyllus,  
ubi centum est Doctor oleivianus. Quid Theologi ceteri, homines clarissimi tuentur ne locum suum  
& apud divina, fideiq. puritatem stabiles, immotiq. consistunt. Quam vellem praesens adesse &  
colloqui: prolixo de rebus nostris ad me pertinentibus, ut exotematum meorum exemplar unum &  
hodie velari possent. Quidam cum Brema esset, ut exotematum meorum exemplar unum &  
item auctorem tibi donarem: unum dedi abeunti, alterum casignatus cum his litteris mittam.  
Sunt enim alibi quaedam mendose impressa, quibus manum admo- vi. Pueris latina lingua studiosis  
ad primam pietatem informandis experior ea perquam idonea esse. Alijs ea verbis ornare non debeo.  
Ipse dispicies pro tua eruditione & prudentia, an videra tibi adhuc in apijs versanti, uti liter ser-  
vire possint. Res nostrae tranquilla sunt. Nam Coryphaeus noster postquam cum eo congressus  
es, de controversis rebus conficiscit: nos in alijs rebus obedientiam patienter accommodamus.  
Quod dixi tibi in Germaniam hinc eunti, in schola requiro virum Graec. Latineq. perdoctum  
quem mihi collegam adsciscam, qui schola onus ferat pariter, cuius auctoritate mea aetas paulatim  
in gravescens fulcratur. Si quem aptum rebus nostris nactus es, aut etiam eris nactus in poste-  
rum: quae ut me facias continuo certiore. Vale, & me perge amare. Dic salutem viris illis  
praesantissimis, quos in epistola nominavi. Alia conjux te salutat. Eschio adolescenti bene sit.  
Nor adhuc salvi sumus. Tertio Idus Aprilis 1577. Brema in schola. Pueror-  
um custos tui studiosissimus

Johannes Holanus.

Pax CHRISTI.

M. Erasmus Johannis Ende.

[No. 280]

[= Auct. A. 12 =

No. 243]

Nr. 281) *T*am crebris absentium amicorum litteris vir eximie, impeditior prope quotidianis: ut si relic-  
 rebus in unum agam, unus tam multis satisfacere nunquam possum. Quid facerem tibi quid otioso  
 [Nr. 282: datur, scribo nunc huic, nunc illi, ut queo, non ut volo, saltem ut vos retineam amicos, quibus obsequi  
 Nr. 283] quosque colere non possum ex sententia. Tuas superiores quo die accepi: eodem hinc meos versiculos  
 is tunc auferri iussi. *Καλὰ καὶ ἁγία*: tantum eos tamen apud te valituros spes erat  
 ut essent apud homines mei amantissimos epistolae vice. Itaque plura vobis misi exempla, scilicet  
 ut una fidelia multos parietes dealbarem. Tu vero de versibus verbum nullum? Quosdam in quibus  
 offendi, quod illas Sophistarum voces, essentialis, substantialis, naturalis in locutione Sacra-  
 mentaria Lemas Cronicas appellastem: Quas quidem semper detestatus sum, & nunc quoque  
 abominor, quibuscumque tandem emplasiris molliantur. Nihil enim lucis afferunt verbis CHRISTI:  
 sed dulcissimam illam Phrasin qua mortem Domini nobis annuntiat (nempe quod pro vobis tra-  
 ditur, frangitur) ab oculis & auribus removent, veterisq; Artolatricis foveas reducunt. Atq; ut ab  
 Artolatricis olim exclusae sunt, & fato quodam Ecclesiae pernicioso excoitatae: ita quocumque  
 disseminata fuerint, castam in institutionis CHRISTI simplicitatem sua contagione corrup-  
 punt. Si nobis gratum esset Dominica mensa mundicies, nunquam tam insipidum, tamque putre  
 condimentum eius immortalibus epulis aspergeremus. Quid cogitatur? An etiam Erasmi nostrum  
 summae humanitatis virum, credam meo sensu cantu offensum fuisse? Ut verax Casp. Lodo-  
 vicus non suspicax, non possum in animum inducere: si quid tamen aut tibi aut Othensoni  
 minus probatum sit, non diffugio legitimum reprehensionem. Consilium tuum de Schola-  
 ricis constituenda legi accurate, & rectum esse iudico, neque dubium est. Quin bonis inceptis,  
 bonus respondeat eventus. Magis fratrum habes benevoluntatem, episcopos tecum sentientes, Collegas  
 accommodatos ad manum tuam: mihi invenuto ac misero hac fratre adversa cecidit. Et tamen  
 in his scopolis Saxonice singulari beneficio bonitatis divinae. *et o o o o r e x o r t e s v e q u e*  
*r e s e t a e r i c e s*: Contra torrentem, & dios reflantibus ventis, hos annos tredecim, tum a  
 doctrina elegantis & pura, tum a disciplina mediocri naufragio servati sumus. At quanto vos  
 meliori spe nisi deceat, quibus quod magis haec prona e venerunt omnia: hoc uberioris, maioreque  
 successus afferuntur. De vita socia quam nactus es ex animi tui sententia, merito tibi omnes  
 gratulamur, rescivi omnem rem. Scripsit Emda Leodegarius: Brema narravit Schoneburgus.  
 Laudant omnes, & bene precantur, vosq; ambos beatorum predicant, te tali conjugio: illam tamen marito.  
 Si quid valent senis vota, equidem deus sufflexit rogo, ut optimis auspiciis omnia succedant.  
 Ceterum adolescentis tibi excitandi sunt, qui tibi canunt, ut elegis suis nuptias vederas concele-  
 brent. Epithalamium carmen non debes ab hoc iam merito Cantore, fidulam suscipere, ex-  
 spectare. Vos chitellus, non nos trumetonus. Eiusmodi carmina cor letum scribentis, &  
 otia quarunt. Scis quantis in laboribus semper verser miser, & quale Collegium habeam nos. *Ita  
 qui iam dudum spectare. Vos chitellus, non nos trumetonus. Eiusmodi carmina cor letum scribentis, &  
 otia quarunt.*  
 In tanta multitudine procacis, & effera juvenutis non ignoras, quam nulla mihi respiratio  
 detur ab officiorum Scholarium necessitate, & quidem nunc potissimum quando Lectiones &  
 classes de integro constituenda sunt, & novus quasi apparatus Scholae, omnibus rebus est  
 instruendus. Quare obnixè peto vir magnificè, ut hoc fasce in tempestivo, hominem annis &  
 arumnis gravem, aequo animo leves. Arithmeticus, qui Witeberga huc venit ita ury. *Aras,  
 gnarus est artis quam proficitur: sed moribus suis nos detrahit. Deinde, cum eum voler ad  
 exitum usque astitis, ne frustra huc venisse videatur, copiose satis hic vixit hucus. Nam  
 prater ea, quae à discipulis accepit: in hos menses quinque iam exactos numeravi ei dateros 25  
 Valde contendi apud Olagis Eratum: ut mihi liceret in hyemem proximam huius loco virum  
 eruditione praestantem surrogare: cujus auctoritas & scientia Scholae nostrae famam & celebritatem  
 fueri posset. Sed quis credat. etiam in pedore & pulvere, Ambitio freta magnorum in amicitis  
 sana rectaq; consilia revertit. Vale Frater venerande, & Nolanum tuum ferpe nutuum  
 in Domino amare. 16 April. 1527*

Nr. 284) *B*remae Johannes Molanus.  
 Ad tuae Lectiones divisa temporibus  
 Anno novissimi temporis MD. LXXVII. etiam nunc cum Pro  
 Scholae Scholam regente, Johan-  
 ne Molano.